Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

1° Vita S. Mariae Aegyptiacae p. 8. fol. 2.° Translatio S. Benedicti Abbatis incipiens: cum diu gens Longobardorum infidelitatis suae tenebris carere noluisset etc. p. 4. fol. 3.° Illatio S. Benedicti de Monte Cassino in Castrum Floriacense. incip. Prologus: cum Caelestium Sacramentorum etc. incipit opus: Temporibus Karolomanni serenissimi Regis Francorum etc. p. 5. fol. 4.° Passio S. Margarethae p. 6. fol. 5.° Vita S. Augustini Ep. durat p. 19. fol. sed mutila est. p. Cod. Membr. sed manus alia et fors prior Saec. XII.

In Codice signato F. 11. 82.

Trecensis Petri Historia Scholastica incip. Prologus Epistolaris: Venerando Patri et Domino suo Wilelmo Dei Gratia Senonensi Archi-Episcopo Petrus servus Christi Presbyter Trecensis vitam bonam et beatum exitum. causa suscepti laboris fuit etc. incipit opus de Creatione Coeli Empyrei et 4. Elementorum: in principio erat Verbum etc. incipit opus ab Orbe condito usque ad Imperium Neronis et Passionem SS. Petri et Pauli durat per 265. fol. in fine est mutilus Codex sed non deest multum. Cod. membran. Saec. XIII. notulae Marginales antiquae hinc inde adjunctae multum conferunt ad intelligentiam Historiae. Praefatio per 16. fol. praecedit Opus, ~~haec aut~~ haec consistit in pura enumeratione Capitulorum seu Rubricarum sequentium in Historiae Libris. Membrana asseris antici habet fragmentum Hebraicum, praeterea legitur quod anno 1462. ad mensam lectus fuerit hic liber, instruiturque Lector ex Commissione D. Abbatis DD. Prioris, Supprioris, Correctoris et aliorum quomodo debeat legere. finaliter ponuntur omnes Auctores quibus usus est Petrus Magister, et Interpretes Sacrae Scripturae quos allegat in sua Historia. Notandum de Poenitentia Salomonis, quam fuisse probatur, invenies tandem membranae anticae finalem finem. Fol.

In Codice signato F. 12. 65.

Repertorium Morale S. Bibliorum juxta Alphabetum, Codex incip. a Lit. T. usque ad Z. praemissa tabula incip: Thronus septem modis in bono: Thronus Dei etc. durat p. 207. fol. Cod. membr. Saec. XIII. Fol. membrana antica et postica habent fragmenta ejusdem operis.

F. 13.